DOCTORIS SUBTILIS ET MARIANI

# IOANNIS DUNS SCOTI

ORDINIS FRATRUM MINORUM

# OPERA OMNIA

IUSSU ET AUCTORITATE
RMI P. AUGUSTINI SÉPINSKI
TOTIUS ORDINIS FRATRUM MINORUM MINISTRI GENERALIS

STUDIO ET CURA COMMISSIONIS SCOTISTICAE
AD FIDEM CODICUM EDITA

PRAESIDE
P. CAROLO BALIĆ

SOCIIS
PP.: MARTINO BODEWIG, STANISLAO BUŠELIĆ, PETRO ČAPKUN-DELIĆ, BARNABA HECHICH, IOANNE JURIĆ, BRUNONE KOROŠAK, LUCA MODRIĆ, SEBASTIANO NANNI, IULIO REINHOLD
ODULFO SCHÄFER

## VI

5|95

Bibliothèque Cantonale et Universitaire FRIBOURG
Séminaire de Dogme et de Morale

SDM

CIVITAS VATICANA

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS
MCMLXIII

[APPENDIX A

## LIBER PRIMUS

### DISTINCTIO VIGESIMA SEXTA

QUAESTIO UNICA*]

2, 23 — Nota. Relationes aut distinguuntur specie vel numero.

Si specie sunt distinctae, haec distinctio sumitur propter distinctionem in fundamento, et haec est dupliciter: vel quod sunt duo fundamenta in eodem relato, – et tunc est planum quod duae relationes fundatae super ipsa, sunt distinctae specie (sicut Socrates per potentiam generativam, mediante actu praevio, refertur ad Platonem relatione quae est 'paternitas', – et alia relatione, quae fundatur super albedinem, quae dicitur 'similitudo', refertur ad album; et istae differunt specie); alio modo, potest esse distinctio fundamentorum non in ipso relato in quo sunt istae relationes, sed in terminis ad quos sunt istae relationes (verbi gratia, per eandem albedinem fundamentaliter refertur Socrates relatione quae est 'similitudo' ad unum album et relatione quae est 'dissimilitudo' ad unum nigrum; et istae duae relationes distinguuntur specie per distinctionem fundamentorum in extremis ad quae refertur illud relatum in quo sunt istae duae relationes).

Si quaeritur de distinctione numerali, dico quod ad hoc sufficit alterutra distinctionum praedictarum et ipsorum fundamentorum (probatio, quia quidquid sufficit ad distinctionem aliquorum secundum speciem, sufficit ad distinctionem ipsorum secundum numerum); et loquor de distinctione essentiae, non suppositi vel subiecti. Distinctio etiam relatorum sufficit ad istorum numeralem relationem (probatio, quia eadem relatio in numero numquam est in duobus relatis, sicut nec aliquod aliud accidens). Distinctio etiam terminorum secundum numerum sufficit ad istarum relationum distinctionem secundum numerum (probatio, quia una potest manere, alia non manente). Distinctio etiam fundamentorum numeralis cum unitate subiecti et termini sufficit ad

---

5-*p*. 394, 18 Nota — distinctionem = $\Lambda^{o}$; *adnot. in initio* Nota additiones has non esse de textu, sed tamen sunt hic impositae usque ad hoc signum $\Lambda^{o2}$, *in fine* Expliciunt additiones et sequitur textus $\Lambda^{o}$ 8 fundant $\Lambda^{o*}$ 12 album] alium $\Lambda^{o*}$ 12-13 fundatorum $\Lambda^{o}$ 15 album] *praem*. alium $\Lambda^{o}$ 17 fundatorum $\Lambda^{o}$ 17-18 relatum] relativum $\Lambda^{o}$ 21-22 distinctionem *in ras*. $\Lambda^{o2}$ 22 distinctione *in ras*. $\Lambda^{o2}$ 24 relationem] *add*. secundum numerum $\Lambda^{o*}$ 26 distinctionem *om*. $\Lambda^{o*}$ 27 *post* manente *adnot*. Sequitur expositio $\Lambda^{o}$ 28 fundatur (!) $\Lambda^{o}$

---

* Numeris textui praepositis pagina et linea designantur.

distinctionem relationum numeralem; unde remanente unitate relati et termini, facta variatione in fundamento illius relationis, in alterutro ipsorum (scilicet relati et termini) non est secundum numerum eadem relatio, quia per actionem agentis naturalis non redit idem numero. Exemplum istius ultimi: Socrates albus refertur ad Platonem cum illa relatione quae est 'similitudo'; si autem postea fiat niger, tunc non refertur ad eum similitudine aliqua tali; sed si iterum fiat albus, tunc refertur ad eum 'similitudine,' sed non eadem numero qua prius.

Unde nota quod distinctio specifica relationum fundatur super distinctionem fundamentorum exsistentium in relato in quo sunt illae duae relationes, vel in extremis ad quae refertur ipsum relatum praedictis relationibus. Ad distinctionem vero numeralem ipsarum relationum sufficit alterutra distinctio praedictorum ipsorum fundamentorum (vel subiecti vel termini) ad quae est ipsa relatio.

Ratio omnium praedictorum est, quia quandocumque ad aliquid requiruntur multa, distinctio cuiuscumque eorum sufficit ad distinctionem eius; et ad unitatem eius requiritur unitas omnium aliorum requisitorum. Unde ad unitatem alicuius requiruntur plura quam ad distinctionem [a].

## [DISTINCTIO VIGESIMA SEPTIMA

### QUAESTIONES 1-3]

106, 22 — Utrum per rationem naturalem possit cognosci non esse verbum 'essentiale' in divinis [1].

Quod non: tunc Trinitas ratione naturali cognosceretur; item, in creatura verbum aeque est cuiuslibet suppositi in natura.

Contra: cognoscitur non esse necessarium primam personam esse verbum, – alia est persona.

Solutio.

Ad illud de negatione patet, quia conceptus termini – sive verus in se sive non – ostendit negationem de affirmativa posse demonstrari. Non potest propter

[a] *Adnotatio*: Nota quod homo albus est similis nigredini in albedine et dissimilis est eidem in colore, et sunt tamen relationes illae specie distinctae licet habeant eosdem terminos. Corrige itaque secundum hoc istas additiones.

5 cum *in corr.* $\Lambda^{O2}$ | quae est *in ras.* $\Lambda^{O2}$  10 fundatorum $\Lambda^{O*}$  21-*p.* 395, 10 Utrum — Hilarius = $\Lambda^{O}H\rho^{\Phi}\pi^{\Phi}\beta^{\Phi}\mu$ [[*in appendice* H]]; ¶ *text. sign. lin. anfractuosa* μ  21-22 verbum] verum $\Lambda^{O*}$  23 Quod *om.* H | cognosceretur] *om.* $\Lambda^{O\prime}H$ cognosci posset $\Lambda^{O2}$  25 cognoscitur *om.* H  26 alia] aliqua H | persona] prima $\rho^{\Phi}\pi^{\Phi}\beta^{\Phi}\mu$  28 Ad illud] Aliud $\Lambda^{O}H$ | negativa $\Lambda^{O}H$ | quia] quod $\rho^{\Phi}\pi^{\Phi}\beta^{\Phi}\mu$  29 negativam H | posse] hoc (haec $H\beta^{\Phi}\mu$) posset (-sit H) $H\rho^{\Phi}\pi^{\Phi}\beta^{\Phi}\mu$  29-*p.* 395, 1 Non potest ... Potest sciri non-impossibile] nam ... potest non per impossibile $\rho^{\Phi}\pi^{\Phi}\beta^{\Phi}\mu$  30-32 Nota — additiones = $\Lambda^{O2}$

T [1] Cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* IA d. 27 n. 123.



effectum causantem conceptum communem. Potest sciri non-impossibile et quodlibet contrarium solvi.

Utrum ratio Verbi sit prior ratione Filii in persona secunda [1].

Quod sic: est magis per se terminus principii productivi (contra: nulla prior notitia).

Contra: VII De Trinitate 4 [2].

Opinio: natura intellectualis. – Contra: natura sic dicit modum principii activi.

Solutio: Filius est subsistens in natura intellectuali, genitus virtute naturae eiusdem rationis, exsistentis in prima persona (Hilarius [3]).

## [DISTINCTIO TRIGESIMA

### QUAESTIONES 1-2]

169, 18 — Utrum relatio nova creaturae ad Deum necessario coexigat relationem novam Dei ad creaturam [4].

Quod sic:

V Trinitatis cap. 19 vel 36: « Sicut non potest esse servus qui non habet dominum, sic nec dominus qui non habet servum » [5].

Item, « relativa sunt simul natura » [6].

Item, ibidem 37: « Si nummus potest – nulla sui mutatione totius – dici relative, quanto facilius de illa substantia? » [7].

Contra arguitur hic [8].

Opinio Henrici, IX: « Solummodo secundum rationem differunt illa tria in

1 scire H  2 quodlibet *om.* H  3 Utrum] *praem.* Item H | ratione] respectus $\rho^{\Phi}\pi^{\Phi}\beta^{\Phi}\mu$  4 sic] *add.* quia $\rho^{\Phi}\pi^{\Phi}\beta^{\Phi}\mu$ | sic — prior *om.* H | nulla] non $\rho^{\Phi}\pi^{\Phi}\beta^{\Phi}\mu$  6 De Trinitate] Trinitatis $\Lambda^{O}$ *add.* cap. $\rho^{\Phi}\pi^{\Phi}\beta^{\Phi}\mu$  7 natura intellectualis] naturalis int. H veri intelligibilis $\rho^{\Phi}\pi^{\Phi}\beta^{\Phi}\mu$ | sic] substantiae $H\rho^{\Phi}\pi^{\Phi}\beta^{\Phi}\mu$  7-8 modum principii activi] principium moderativum $\rho^{\Phi}\pi^{\Phi}\beta^{\Phi}\mu$  10 rationis] respectus $\rho^{\Phi}\pi^{\Phi}\beta^{\Phi}\mu$ | prima persona (Hilarius)] Patre Hil. H .p. Hil' , ergo tu curris, consequentia bona $\rho^{\Phi}\pi^{\Phi}\beta^{\Phi}\mu$  13-*p.* 397, 12 Utrum — denominat = $\Lambda^{O}H$ [[*in appendice* H]] Utrum (13) — relationum (*p.* 396, 6) $\rho^{\Phi}\pi^{\Phi}\beta^{\Phi}\mu\upsilon$ [[*in fine distinctionis 30* μυ]] Utrum (13) — substantia (20) R Utrum relatio nova etc. $C^{3}$; ¶ *text. sign.*: Additio υ *lin. anfractuosa* μ  13 creaturae] creare R  16 vel *om. codd.* | 36] 38 $H\rho^{\Phi}\pi^{\Phi}\beta^{\Phi}\mu$ 28 $\Lambda^{O}$ *om.* υ  17 sic nec] nec sic H  19 37] 3 H | totius] toties $\rho^{\Phi}\pi^{\Phi}\beta^{\Phi}\mu\upsilon$ donum $\Lambda^{O}$  20 substantia] supra (!) R  21-22 arguitur — IX] argumenta huius opinionis 1° 3° $\rho^{\Phi}\pi^{\Phi}\beta^{\Phi}\mu$ sunt argumenta pro improbatione huius opinionis, tenentis quod υ  21 hic] *comp.* $\Lambda^{O}$  22 Henrici] libro $\Lambda^{O}$ | rationem differunt] rat. differri H Christi definitionem (!) $\Lambda^{O}$

T [1] Cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* IA d. 27 n. 145.  [2] AUGUST., *De Trin.* VII c. 2 n. 2 (PL 42, 936): « Eo Verbum quo Filius ».  [3] HILARIUS, *De Trin.* V n. 37 (PL 10, 154-155): « Non enim per desectionem aut protensionem aut derivationem ex Deo Deus est, sed ex virtute naturae in naturam eandem nativitate subsistit ».  [4] Cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* IA d. 30 q. 1.  [5] AUGUST., *De Trin.* V c. 16 n. 17 (PL 42, 922).  [6] Cf. ARISTOT., *Praedic.* pars 2 div. 3 [tr. 2 c. 3] (c. 7, 7b 15).  [7] AUGUST., *De Trin.* V c. 16 n. 17 (PL 42, 922). – Pro argumentis lin. 16-20 cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* IA d. 30 n. 1. 3. 2  [8] Cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* IA d. 30 n. 4-6.

Deo, et sunt iidem respectus secundum rationem, differentes solo nomine, 'creativus', 'creaturus' et 'creans'. Nominatio illa 'creans' convenit ei ex tempore, quia creatura refertur ad ipsum, – tamen 'creare' (active) potius est ratio 'creari' (passive) quam e converso (Sex principiis). Relationes quas consuetum est dicere in Deo ex tempore, non sunt proprie relationes, sed novae nominationes aeternarum relationum » [1].

Utrum omnis relatio qua creatura realiter refertur ad Deum et qua Deus secundum rationem refertur ad ipsam, eadem sit in creatura sicut in Deo ad creaturas.

« Est una secundum rem, diversa secundum rationem » [2].

Primo in Deo. Nova denominatio, nulla nova relatio; nec sicut in columna, ante passionem qua creatura creatur, nova est; unde ab ipsa est nova nominatio actionis [3], sicut. – « Hinc Augustinus, V Trinitatis ultimo, huiusmodi potius nominat novas appellationes quam novas relationes: 'Dominus noster, non nisi cum habere incipit servum, et est ista appellatio relativa ex tempore: non enim est' » [4].

Solutio. Tria: in creatura est relatio nova ad Deum, non coexigit novam in alio extremo, tertio secundum quam rationem Deus terminat illam novam [5].

1 idem $\Lambda^{O}$H  2 et *om.* H | Nominatio] *comp.* $\Lambda^{O}$ Creatio $\rho^{\Phi}\pi^{\Phi}\beta^{\Phi}\mu\upsilon$ | creans] terminans *omnes*  4 passive] posset H | principiis] principaliter (*praem.* scilicet $\rho^{\Phi}\pi^{\Phi}\beta^{\Phi}\mu\upsilon$) prius *omnes*  4-5 consuetum est] consueverunt $\rho^{\Phi}\pi^{\Phi}\beta^{\Phi}\mu\upsilon$  5 dicere] differentiae $\rho^{\Phi}\pi^{\Phi}\beta^{\Phi}\mu\upsilon$ | in Deo] dicendum *omnes* | tempore] parte $\Lambda^{O}$  8 rationem] *spat. vacuum* $\Lambda^{O}$ *om.* H | ipsam] $p^{us}$ (!) $\Lambda^{O}$H | sit *om.* $\Lambda^{O}$H | ad² *om.* $\Lambda^{O}$  10 rationem] re (!) $\Lambda^{O}$H  11 relatio] relative $\Lambda^{O}$  12 passionem] passum $\Lambda^{O}$H  13 actionis] actio H | huiusmodi potius *om.* H | potius] *comp.* $\Lambda^{O}$  14 appellationes quam novas *om.* H | Dominus noster] Deus dicitur (!) H  15 ista *om.* H  16 est *om.* H  17 est *om.* H  18 quam rationem] quantum $\Lambda^{O}$

T [1] HENRICUS GAND., *Quodl.* IX q. 1 ad 1 (f. 341M): « Solummodo secundum rationem differunt illa tria in Deo, et sunt iidem respectus secundum rationem, differentes solo nomine, quo dicitur 'creativus', 'creaturus' et 'creans'. Licet enim nominatio illa qua dicitur 'creans' sive 'creator', convenit ei ex tempore quo creatura est creata, et ita quia creatura refertur ad ipsum, – ipse tamen respectus aeternus est, et est ipsius ad creaturam, non quia creatura ad ipsum sed potius e converso, quemadmodum 'creare' (active) potius est ratio eius quod est 'creari' (passive) quam e converso: passio enim, ut dicitur in Sex principiis, est effectus illatioque actionis... Unde relationes quas consuetum est dicere esse in Deo ex tempore quia creatura est ad ipsum, non sunt proprie relationes, sed novae nominationes aeternarum relationum ». [2] Ibidem (f. 342M): « Est una relatio secundum rem quae est ex parte creaturae, diversa secundum rationem respectu Dei, qualitercumque diversimode nominetur; et similiter ex parte Dei respectu creaturae est una secundum rationem quantum est ex parte Dei ». [3] Ibidem (f. 341M): « Et non est proprie nova relatio, sed nova nominatio antiquae relationis »; ibidem (f. 342M): « Et distat multum ista relatio nova ex tempore, qua Deus ut dominus refertur ad creaturam quia creatura refertur ad ipsum ut serva, et illa qua columna ut dextra refertur ad animal quia animal refertur ad ipsam ut sinistrum... ». [4] Ibidem (f. 341M): « Hinc est quod Augustinus huiusmodi relationes ex tempore potius vocat novas nominationes sive appellationes quam novas relationes. Dicit enim Augustinus, V De Trinitate cap. ultimo: 'Non moveat quod...; nam etsi dominus non dicitur nisi cum habere incipit servum, etiam ista appellatio relativa ex tempore est in Deo; non enim sempiterna creatura est cuius ille est dominus ». [5] Cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* IA d. 30 n. 17.



Primum probatur: quia fundamentum novum, quia 'creatio passive' est relatio [1].

Secundum: non realem, – non rationis, causatam per intellectum divinum [2].

Contra: scit se creantem; aut igitur scit de se relationem novam, aut aeternam. – Respondeo: neutram; aliter: scit relationem rationis aeternam, quia ad cognitum aeternaliter, sed non eandem relationem; et non per intellectum creativum Patris, circumscripto 'hic creatur' [3].

Tertium: sub nulla ratione relationis terminat (Philosophus, V Metaphysicae, IX Metaphysicae) [4].

Ad propositum, Augustinus et Magister [5].

Falsus intellectus improbatur et opposita simul: fundamentum ut forma denominat [6].

## [DISTINCTIO TRIGESIMA PRIMA

### QUAESTIO UNICA]

211, 21 — Responsio.

Distinctione 19 ad ultimum: imperfectionis est in creaturis quod fundamentum distinguitur; non requiritur nisi distinctio suppositorum [7].

Ibi, in pede: passio quantitatis virtutis sicut et molis [8].

Item, hic distinctione ista quaestione 1: non dicit tantum negationem, sicut nec unitas essentiae et distinctio personarum quas consequitur [9].

Hic quaestione 2: respectus formaliter est in ratione eius, causaliter et personae et unitas essentiae, – sicut in creaturis est respectus suppositi ad suppositum secundum formam unam [10].

Quod autem non intelligat [11] quod sint tantum secundum rationem, non tantum probatur [12] 19 ('passio') [13] et prima quaestione hic ('consequitur') [14], sed quia numquam addit distrahens [15] (distinctione 30, 'De relatione Dei ad creaturam') [16].

1 probatur] *comp.* H | fundatur $\Lambda^{O}$ | creatio] relatio H  3 reale H | rationis] re H rem $\Lambda^{O}$  4 creantem] terminantem $\Lambda^{O}$ | igitur *om.* H | scit²] sit H  5 aliter] autem $\Lambda^{O}$  6 relationem] creatio $\Lambda^{O}$ crea (!) H | et *om.* $\Lambda^{O}$H  6-7 creativum] creatum H creans $\Lambda^{O}$  8 ratione] re $\Lambda^{O}$ | Philosophus] *comp.* H  11 et] est $\Lambda^{O}$ | simul] *comp.* $\Lambda^{O}$ | fundamentum] *comp.* $\Lambda^{O}$ | ut] ubi $\Lambda^{O}$  15-27 Responsio — ad creaturam = $\Gamma^{BD}$; ¶ *text. sign.* Extra $\Gamma^{B1D2}$  17 nisi] ibi $\Gamma^{D}$  18 pede] patre (!) $\Gamma^{BD}$ | et] est $\Gamma^{D*}$  21 est] eius $\Gamma^{B*}$  21-22 et personae *om.* $\Gamma^{D}$  24 tantum] subiectum $\Gamma^{D}$  25 19] cum $\Gamma^{D}$ | quaestione *om.* $\Gamma^{D}$  26 relatione] ratione $\Gamma^{D}$

T [1] Cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* IA d. 30 n. 18. 19. [2] Cf. ib. n. 20. 21. [3] Cf. ib. n. 22. [4] Cf. ib. n. 23-24. 26. [5] Cf. ib. n. 27. [6] Cf. ib. n. 28-33 (cf. ib. n. 14). [7] BONAV., *Sent.* I d. 19 pars 1 a. un. q. 1 ad 4 (I 343*b*). – Cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* IA d. 31 n. 41. [8] BONAV., *Sent.* I d. 19 pars 1 a. un. q. 1 in corp. (I 343*a*). – Cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* IA d. 31 n. 40. [9] BONAV., *Sent.* I d. 31 pars 1 a. un. q. 1 in corp. (I 534*a*). – Cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* IA d. 31 n. 42. [10] BONAV., *Sent.* I d. 31 pars 1 a. un. q. 2 in corp. (I 536*a*). – Cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* IA d. 31 n. 43. [11] scil. Bonaventura. [12] subintellige: distinctione. [13] Cf. supra lin. 18. [14] Cf. supra lin. 19-20. [15] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 36 n. 32-36. [16] BONAV., *Sent.* I d. 30 a. un. q. 3 in corp. et ad 2 (I 526*a*. 526*ab*). – Cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* IA d. 31 n. 44.

## [DISTINCTIO TRIGESIMA SECUNDA

### QUAESTIONES 1-2]

232, 18 — Verbum declarat obiectum, 'dicens' ipsum clarificat obiectum verbo, quo notatur habere rationem subauthentici respectu illius quod sibi convenit formaliter et alii principiative: sicut Pater creat Verbo, quo notatur habere subauctoritatem respectu actionis, quia utrique convenit ut agenti.

232, 19 — uno modo essentialiter accipitur, ut per Anselmum patet, Monologion 64 [1] (et sic non loquitur Augustinus [2]): quia secundum ipsum [3] Pater et Filius et Spiritus Sanctus sunt unum dicens et quaelibet persona dicit formaliter et nulla alia ablative [4]. Alio modo accipitur personaliter [5], et sic.

233, 13 — Et sic est essentiale et appropriatur uni personae: nam quaelibet persona declarat sua intelligibilia quae in ipsa sunt, – appropriatur tamen Filio, ut patet ex dubitatione sequente.

## [DISTINCTIONES TRIGESIMA TERTIA ET TRIGESIMA QUARTA

### QUAESTIONES 1-3]

243, 17 — Quod non: V De Trinitate 5 [6]; unum et multa [7]; in essentia [8]; quae uni eadem, infinitum [9]; paternitas, perfectio simpliciter [10]; realiter [11]; 'est sapiens non eo quo' [12]; per se vel per accidens [13].

---

3-6 Verbum — agenti = C(*om.* $C^2$)$R^2\Gamma^{BD}$; ¶ *text. sign.* Vacat $\Gamma^{D2}$   3 Verbum declarat] *comp.* C   4 subauthentici] sub auctoritate C   4-5 convenit] connotat C   6 subauctoritatem] sub auctoritate C | quia] quae C   7-10 uno — sic = $DPS^2R^2I\Gamma^N\Lambda\Sigma\rho\pi\gamma\beta\mu\upsilon$; ¶ *text. sign.* Vacat *in text. et mg.* $\Gamma^{N1}$   7 accipitur] *ante* uno Σ *ante* essentialiter $S^2$ | ut] et $\Gamma^N$ *om.* $R^2$ | per *om.* P* | per Anselmum patet] patet per (per] secundum D) Ans. $DS^2\Sigma$ | patet *om.* $R^2$   8 64] 4 $\Sigma^U$ | Augustinus *om.* Λ   9 dicit] *post* formaliter (9-10) $S^2$ erit $\Lambda^O$   10 nulla] *add.* dicit Σ | alia *om.* $S^2$ | ablative] absolute $S^2$ | accipitur *om.* $S^2$   11-13 Et — sequente = $ADPS^2R^2I\Gamma^N\Lambda\Sigma\rho\pi\gamma\beta\mu\upsilon$; ¶ *text. sign.* Extra $P^3$   11 est *om.* $DR^2$ | essentiale] aequale $R^2$ | ¶ et appropriatur uni personae *sign.* Vacat $\Sigma^{U2}$ | quilibet (!) $R^2$   12 declaratur $\Lambda^{O*}$ | intelligibilia] inte$^a$ $R^2\Lambda$ intelligentia PIΣ declarabilia $\Gamma^N$ | quae — sunt *om.* $S^2$ | ipso $DPR^2I\Gamma^N\Lambda^Y\Sigma^Q$ | sunt] *ante* in $DR^2$ est $P^2$(*in ras.*)Σ | appropriatur tamen] t. a. D *add.* uni personae scilicet $\Sigma^U$   13 ut — sequente *om.* $S^2$   16-*p.* 400, 22 Quod non — non-formalis = IH [*in appendice* H] Quod non: V De Trinitate 5 (16) C   16 De Trinitate] Trinitatis H   17 quae] quia H | perfectione H | realiter] creat IH   18 quo *om.* H

T [1] ANSEL., *Monolog.* c. 63 (PL 158, 208-209; ed. SCHMITT I 73).   [2] AUGUST., *De Trin.* VII c. 1 n. 1 (PL 42, 933); XV c. 14 n. 23 (col. 1076). – Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 32 n. 6. 25.   [3] scil. Anselmum. Cf. nota 1.   [4] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 32 n. 30-31.   [5] Pro textu lin. 7-10 cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* IA d. 32 n. 32-33.   [6] AUGUST., *De Trin.* V c. 5 n. 6 (PL 42, 914): « Nec tamen omne quod [in Deo] dicitur, secundum substantiam dicitur ». – Cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* IA d. 33 n. 1.   [7] Cf. ib. d. 33 n. 2.   [8] Cf. ib. n. 3.   [9] Cf. ib. n. 4.   [10] Cf. ib. n. 5.   [11] Cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* IC d. 33 q. 1 arg. 6 (cod. Tudert. commun. 12, f. 175*vb*).   [12] AUGUST., *De Trin.* VII c. 2 n. 3 (PL 42, 936): « Non eo Verbum quo sapientia ». – Cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* IA d. 33 n. 7.   [13] Cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* IA d. 33 n. 6.



Contra: est aliquid vel nihil (aliquid creatum?) [1]; item, in persona cum essentia [2]; item, quattuor res (contra: Extra, « Damnamus ») [3].

Identitatem concludit simplicitas (XI Civitatis 10) [4]. Differentiam aliquam concludunt multae contradictiones (VII Topicorum: « Si potest alterum sine altero esse, non erit idem ») [5].

Thomas, 28, 2: « Relatio est idem essentiae secundum rem », quia non est accidens sed habet idem esse divinae essentiae, – « et non differt nisi secundum intelligentiae rationem, prout in relatione importatur respectus ad oppositum qui non importatur in nomine essentiae » [6]. Ad secundum: « In creatura, praeter illud quod continetur sub significatione nominis relativi, invenitur alia res; in Deo non, sed una et eadem, quae non perfecte exprimitur nomine relationis, quasi sub significatione talis nominis comprehensa » [7]. Ad tertium: « Sicut in perfectione divinae essentiae plus continetur quam quod nomine sapientiae significatur », immo « quam quod sub significatione alicuius nominis possit comprehendi » [8].

Contra: quod non sola ratione qua convenit, et distinguitur [9]; distinguuntur per illa quae addunt super illud commune. – Respondeo aliter: *a*, *b*, *c*, ubi maior distinctio quam attributorum ('non eo Pater quo Deus', sicut 'bonus': Augustinus) [10].

Henricus, 56, 4: « Realitas relationis, ut respicit essentiam, differens est sola ratione ab illa, et ideo non simplicior essentia quam persona. In quantum tamen relatio comparatur ad relationem oppositam, diversitatem rei relationis ponit, non rei substantiae; et sic sunt in persona ut persona, id est ut quid relatum ad oppositum, ambo – et essentia et relatio – ut duae res: essentia, ut res absoluta, qua non distinguitur, – relatio, ut res respectus, qua distinguitur. Et sic licet essentia et relatio, ut inter se comparantur, non differunt nisi ratione tantum, tamen ut comparata ad oppositum, differunt re, sed non simpliciter sed cum determinatione 're substantiae et re relationis', absque omni compositione,

---

3 10] 14 H* | Differentiam] d'. IH | aliquam] quam H   8 intelligentiae] in tempore (!) I   9 qui non] quin H   12 comprehensa] quod IH   13 plus] primo IH   16 qua] quae IH   16-17 distinguuntur *om.* H   17 ubi] nisi H   18 attributae H | non *om.* IH   20 Henricus] 12 (!) IH | 4] 8 IH | relationis] realis IH | essentiam] eam H   21 In quantum *om.* H   23 ponit] potentia IH | non *om.* H | quid] qui H   24 et$^1$ *om.* H   25 distinguitur$^1$] dicitur IH | relatio] relative IH   26 et relatio] talis vel IH | se *om.* H   27 re] ratione H   28 relationis] *add.* igitur propter istam differentiam vere potest dici personam constitui ex re relationis H | compositione] comparatione I

T [1] Cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* IA d. 33 n. 9.   [2] Cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* IC d. 33 q. 1 arg. 2 in opp. (f. 175*vb*); *Rep.* IA d. 33 n. 10.   [3] *Decretales Gregorii IX* lib. I tit. 1 c. 2 § 1 (ed. FRIEDBERG II 6-7; ES n. 432). – Cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* IA d. 33 n. 11.   [4] AUGUST., *De civ. Dei* XI c. 10 n. 1 (PL 41, 325; CSEL XL pars I 526). – Cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* IA d. 33 n. 22.   [5] ARISTOT., *Topic.* VII c. 3 (H c. 1, 152*b* 34-35). – Cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* IA d. 33 n. 23-24.   [6] THOMAS, *S. theol.* I q. 28 a. 2 in corp. (IV 321*b*). – Cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* IA d. 33 n. 12.   [7] THOMAS, *S. theol.* I q. 28 a. 2 ad 2 (IV 321*b*-322*a*).   [8] Ib. ad 3 (p. 322*b*). – Cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* IA d. 33 n. 13.   [9] Cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* IA d. 33 n. 14-15.   [10] AUGUST., *De Trin.* VII c. 4 n. 9 (PL 42, 942): « Aliud [est] Deo esse, aliud Patrem esse »; c. 1 n. 1 (col. 933): « Eo magnus quo Deus ». – Cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* IA d. 33 n. 16.

quia differentia aliquorum in aliquo compositionem non facit nisi sit ipsorum inter se comparatorum in constituendo unum, quemadmodum differunt materia et forma in constituendo compositum naturale » [1].

Contra. Relatio ut respicit essentiam vel comparatur ad oppositum: et sic utroque modo differt re vel non; tunc relatio non comparatur [2]. Item, relatio ut constituit, respicit essentiam ut in qua est: tum quia realis, et sic respicit fundamentum, per te; tum quia tertium non constituitur nisi ut alterum est in altero; et ut constituit respicit oppositum termini praecedentis, quia persona est formaliter relativa, – igitur sub eadem ratione distinguitur realiter et respicit essentiam cum qua constituit: igitur compositio [3] !

Solutio. Distinctio aliqua, non tantum facta per intellectum (*a*, *b*, *c*) [4]. Quomodo? Estne realis? Henricus concedit [5]. Et Bonaventura: « Ratione comparationis ad oppositum, manet; et differt ab essentia, non quia dicat aliam essentiam, sed alium modum se habendi, in comparatione ad oppositum, ut dicit rem » [6]; ad secundum: « Proprietas distinguit in eo quod differens non essentia, sed modo; qui modus non facit compositionem, quia transit in substantiam, – nec dicit solum intellectum, quia res est et manet respectu obiecti » [7].

Aliter ostenditur: distinctio virtualis et identitas non-formalis (ad hoc Augustinus [8]), et duplex praedicatio [9]; exemplum; est identitas non adaequata, non praecisa: 'hoc est illud' (est ex natura rei; non potentia, nisi virtute tantum; non confuse, sed sub propria ratione). Ultra, distinctio addit non-identitatem: tunc dicitur et virtualis vel non-formalis [10].

## [DISTINCTIO TRIGESIMA QUINTA
### QUAESTIO UNICA]

249, 20 — Tertia opinio [11] ponit quasi idem, quae ponit ideas sive rationes ideales in actu intelligendi. Et habent talem rationem:

Intelligere nostrum, secundum Philosophum V Metaphysicae, habet respectum ad intelligibile ut mensuratum ad mensuram [12]; igitur si esset infini-

2 comparandorum H  2-3 unum — constituendo *om.* H  6 ut¹] non H  8 termini praecedentis] praecepit (!) H  11 Distinctio] Dico H | facta] perfecta H  15 distinguit] dicit I sicut H | non] potentia (!) H  16 qui] scilicet I  19 est] *add.* et H  21 sed] si H 22 vel *om.* H  25-*p.* 401, 5 Tertia — intelligibilia = $S^2$γμυ Tertia opinio ponit (p. *om.* C); quaere (q. *om.* DRIΛΣ) DCPMS'RIVZ$\Gamma^N$ΛΣ; ¶ *text. sign.* Post ly 'ponit' (25) sequitur album in originali μ  25 quasi — ponit *om.* γμυ  25-26 rationes] relationes μυ  26 ideales] tales γμυ 27 Intelligere] *praem.* Quia μυ  27-28 respectum] secundum γ  28 ut] sicut γμυ | si esset] intelligere γ

T [1] HENRICUS GAND., *Summa* a. 56 q. 4 ad 2 (II f. 117 I); plura verba Henrici hic omittuntur, ita ut textus valde obscurus factus sit. – Cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* IA d. 33 n. 17-18. [2] Cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* IA d. 33 n. 20. [3] Cf. ib. n. 21. [4] Cf. ib. n. 23. [5] Cf. supra p. 399, 20-400, 3. – Cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* IC d. 33 q. 1 in corp. (f. 176*rb*); *Rep.* IA d. 33 n. 30. [6] BONAV., *Sent.* I d. 33 a. un. q. 2 in corp. (I 575*b*). [7] Ib. ad 2 (I 575*b*). [8] AUGUST., *De Trin.* VII c. 4 n. 9 (PL 42, 942). [9] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 8 n. 130. 222 (IV 218. 276-277). [10] Cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* IA d. 33 n. 34. [11] Non invenimus. [12] ARISTOT., *Metaph.* V t. 12 (Δ c. 6, 1016*b* 18-21); t. 20 (c. 15, 1021*a* 29-33).



tum sicut divinum, haberet respectum ad infinita intelligibilia, et ita essent in intellectu nostro infiniti respectus ad infinita intelligibilia; quia autem finitum est, habet respectum ad unum intelligibile; ergo cum intelligere divinum sit infinitum, in ipsa intelligibilitate sua erunt infinitae relationes ad infinita intelligibilia [1].

257, 20 — Praeterea, ista intellectio prima est recta et habet modum realem, secunda est rationis: si enim intelligo hominem absolute, haec intellectio realis est et habet modum realem; si autem eam [2] intelligam postea comparando ad Socratem, haec est intellectio comparativa et est rationis. Si ergo illae habitudines sunt intellectae intellectione non reflexa, ergo erunt reales.

## [DISTINCTIONIS TRIGESIMAE OCTAVAE PARS SECUNDA
## ET DISTINCTIO TRIGESIMA NONA
### QUAESTIONES 1-5]

[1] 308, 20-21 — Secunda parte distinctionis trigesimae octavae tractat Magister de infallibilitate scientiae divinae et distinctione trigesima nona tractat de immutabilitate scientiae divinae [3]. Quantum ergo ad istam materiam, prout scientia divina respicit simpliciter exsistentias rerum, quaero quinque:

[Q. 1-5] Primo, utrum Deus habeat notitiam determinatam omnium quantum ad omnes condiciones exsistentiae; secundo, utrum habeat certam notitiam et infallibilem omnium quantum ad omnes condiciones exsistentiae; tertio, an habeat immutabilem notitiam de omnibus quantum ad omnem condicionem exsistentiae; quarto, an necessario sciat omnem condicionem exsistentiae omnium; et quinto, utrum cum determinatione et certitudine scientiae suae pos-

1 respectum] secundum γ  1-2 et ita — intelligibilia *om.* γμυ  2 infiniti respectus ad *om.* $S^2$  2-3 finitus γμυ  3 respectum] secundum γ | unum intelligibile] i. u. μυ  4 ipsa intelligibilitate sua] ipso intelligere suo γ ipso μυ  6-10 Praeterea — reales = $ρπ^Φβ^Φ$μυ; ¶ *text. sign.*: Aliqui ponunt unam aliam rationem, scilicet (*sequitur textus*). Et non est de textu $π^Φβ^Φ$ Additio υ *lin. anfractuosa* μ  14-*p.* 444, 15 Secunda — prius *codd. edd.*; ¶ *text. sign.* Ab isto loco est album in Scoto usque ad distinctionem quadragesimam $A^1$  14 *adnot.* Dist. 38, dist. 39 $A^1$ 14-15 Secunda — tractat] Praeterea quaeri solet etc. Circa distinctionem 38 in qua Magister agit de infallibilitate divinae scientiae et circa praesentem 39 distinctionem in qua Magister agit Σ  14 Secunda] *praem.* De A *praem.* In $C^2$Γ | distinctionis] *praem.* huius $\Gamma^{BD}$ *om.* R | trigesimae octavae = A$\Gamma^{D2}$ (*ante* distinctionis $\Gamma^{D2}$) 28 γ | tractat] determinat R  14-15 Magister *om.* Λ 15 scientiae divinae] d. sc. Σ  16 incommutabilitate P | scientiae divinae] d. sc. Σ | ergo *om.* Σ | ad *in ras.* $\Lambda^{Y2}$ | istam] illam DSR | prout] *add.* scilicet $\Gamma^{BD}$  17 exsistentias] essentias A | rerum *om.* $R^*\Lambda$ | quinque] *add.* quaestiones $\Gamma^{BD}$  18 habet $M^*$ | determinatam] *ante* notitiam P determinativam V  19-20 secundo — exsistentiae *om.* MZ  20 infallibilitatem $\Gamma^{D2}$Λ | omium = Iρπγβμυ de omnibus $\Gamma^{BD}$Στ | condiciones] ideas V | an] utrum A  21 immutabilitatem $M^*$Z mutabilem $\Gamma^{D*}$ | omnem condicionem] omnes condiciones $\Gamma^{BD}$ | condicionem] cognitionem DMS*RV notitiam $\Lambda^O$  22 exsistentiae¹] exsistentem $\Lambda^Y$ | quarto — exsistentiae *om.* I | an] utrum Σ | exsistentiae²] essentiae $\Lambda^O$  23 et¹ *om.* DRΓΣ | utrum] an $\Gamma^{D2}$ | cum *om.* D | determinatione] *add.* scientiae D | et certitudine *om.* $\Gamma^B$Σ | suae] *ante* scientiae $\Gamma^{BD}$Σ *om.* I

T [1] Cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* IA d. 36 n. 39. [2] scil. humanitatem. [3] LOMBARDUS, *Sent.* I d. 38 c. 2 n. 358-359 (I 244-245); d. 39 c. 1-4 n. 360-365 (I 245-248).

sit stare aliqua contingentia ex parte rerum in exsistentia [1]. Et haec simul quaeri possunt, quia per eadem simul solvuntur.

Ad primam quaestionem arguo quod non: [2]

Quia, secundum Philosophum II Perihermeneias, in futuris contingentibus non est veritas determinata [2], – ergo nec scibilitas determinata; ergo nec intellectus habet notitiam determinatam de eis.

Confirmatur ratio per probationem suam ibidem, quia tunc non oporteret consiliari neque negotiari [3]; ita – videtur – si est aliqua notitia determinata de aliquo futuro contingenti, non oportet negotiari nec consiliari, quia sive consiliemur sive non, hoc eveniet.

Praeterea, potentia Dei si esset limitata ad unam partem, esset imperfecta, quia si Deus ita posset hoc quod non posset oppositum, esset potentiae limitatae et non omnipotens; ergo eodem modo, si ita sciat unam partem quod non aliam, erit limitatus secundum scientiam et non omnisciens.

Ad secundam quaestionem arguo quod non: [3]

Quia sequitur 'Deus novit me sessurum cras, et non sedebo cras, ergo Deus decipitur', – igitur a simili, sequitur 'Deus novit me sessurum cras, et possum non sedere cras, ergo Deus potest decipi'. Prima [4] est manifesta, quia credens illud quod non est in re, decipitur; probo – ex hoc – quod consequentia [5] teneat, quia sicut ad duas de inesse [6] sequitur conclusio de inesse, ita ex una de inesse [7] et altera de possibili [8] sequitur conclusio de possibili.

---

1 aliqua] alia D | rei A 2 eadem simul] eandem sim. C eandem solutionem P 3 primam] illam $\Lambda^{O}$ | arguitur $\Lambda^{O}\Sigma$ 4 Philosophum] Aristotelem P | II] 1 I 5 veritas determinata] d. v. $\Sigma$ | ergo[1] *om.* V | nec[1] *om.* $\Gamma^{N*}$ | scibilitas] *comp.* R 6 determinatam] *ante* notitiam A *post* eis RIΛ 7 probationem] perfectionem D | tunc non oporteret] n. o. t. $\Lambda^{O}\Sigma$ | oportet CPR 8 neque] nec AΛΣ et $\Gamma^{BD}$ | negotiari] *add.* circa ea $\Gamma^{BD}$ 8-9 ita — consiliari *om.* $\Sigma^{Q}$ 8 ita] ista S* | videretur A | si est] *in ras.* $\Gamma^{D2}$ si esset A | aliqua] alia D | notitia determinata] d. n. ADSRIΓ$^{N}$Λ 9 aliquo *om.* $\Gamma^{N}\Lambda$ | non — consiliari *om.* A | negotiari nec consiliari] c. nec (neque $\Gamma^{N}$) n. Γ | negotiari nec *om.* $\Sigma^{U}$ | nec] vel (*om.* $\Lambda^{O1}$) neque $\Lambda^{O}$ | consiliari] *in corr.* $\Lambda^{O2}$ praeconsiliari I | sive] si V$\Lambda^{Y}$ 9-10 consiliemur] sit consilium $\Gamma^{BD}$ 10 hoc] aeque $\Lambda^{O2}$ | evenit I eveniret CR veniet $\Lambda^{O}$ 12 posset[2]] *om.* CPMVZ *add.* eius Σ 12-13 illimitatae R 13 et *om.* D | omnipotens = A omnipotentiae *rell. edd.* | eodem] eo Λ | quod] et CPMVZ 14 erit] esset CPI est $\Gamma^{BD}$ | secundum] per P | et non omnisciens] *om.* DCPMSVZΓ$^{BD}$ΛΣ *add.* (*cf. p.* 405, 10-11) Ad oppositum Hebr. 4 ultimo (*add.* ultra Omnia nuda et aperta sunt oculis eius $\Gamma^{N2}$) $\Gamma^{N}$; *vide p.* 405 *ad* 10-13 15 arguitur R | quod non *om.* $\Gamma^{N}$ 16 sequitur *om.* P 16-17 Deus — sequitur *om.* $\Sigma^{Q}$ 16 Deus[1] *om.* DS 16-17 et — cras *om.* R 16 cras[2] *om.* $\Gamma^{D}$ | Deus[2] *om.* DSIΓ$^{N}$Λ 17 igitur a simili] a s. i. A | sequitur *om.* $\Sigma^{U}$ 17-18 possum non] n. p. C*P*$\Lambda^{O*}$ 18 potest *om.* $\Gamma^{D*}$ | Prima] *add.* illatio C²S²RIΣ | est manifesta] m. e. R | credere D 19 non est in re] in re n. e. R | probo] probatio DΓ$^{N}$ *praem.* consequentiam A 19-20 quod consequentia teneat *om.* A 19 consequentia] unam (!) $\Lambda^{O}$ 19-20 tenet D 20 sequitur — inesse *om.* Z 21 de[1] *om.* DS | sequitur — possibili *om.* $\Lambda^{O*}\Sigma^{U*}$

T [1] Textus harum quaestionum confectus est iuxta Lecturam, cuius ordo generatim servatus est, et iuxta Reportationem, – cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* I d. 39 q. 1-5; *Rep.* I A d. 38 q. 1-2 et d. 39-40 q. 1-3. [2] ARISTOT., *De interpr.* I [c. 6] (c. 9, 18*a* 28-19*b* 4). [3] Ibidem (col. 18*b* 27-33). [4] scil. propositio « Deus... decipitur » (lin. 16-17). [5] scil. « igitur a simili, sequitur... ». [6] scil. praemissas primae propositionis. [7] scil. praemissa prima secundae propositionis. [8] scil. praemissa secunda secundae propositionis.



Praeterea, si Deus scit me sessurum cras, et possibile est me non sedere cras, – ponatur in esse 'non sedebo cras', sequitur quod Deus decipitur; sed ex positione possibilis in esse [1] non sequitur impossibile; ergo ista 'Deum decipi' non erit impossibilis.

[4] Ad tertiam quaestionem arguo quod non:

A contradictorio in contradictorium non potest esse transitus sine aliqua mutatione; quod si nulla omnino sit mutatio, non videtur aliquo modo quod illud quod fuit prius verum, sit modo falsum. Ergo si Deus sciens *a*, potest non scire *a*, hoc videtur per aliquam mutationem possibilem: non nisi in ipso *a* ut scitum a Deo, quia nullum esse habet nisi in scientia Dei, et per consequens eius mutatio non potest esse sine mutatione scientiae Dei, – quod est propositum.

Praeterea: quidquid non est *a*, et potest esse *a*, potest incipere esse *a*, – quia non videtur intelligibile quod affirmatio negationis, quae inest [2], possit inesse nisi incipiat esse; ergo si Deus non scit *a*, et potest scire *a*, potest incipere scire *a*; ergo potest mutari ad scire *a*.

Praeterea, tertio: si Deus non scit *a*, et potest scire *a*, – quaero quae est ista potentia? Aut est passiva, et tunc est ad formam et sequitur mutatio. Aut est activa, et patet quod naturalis, quia intellectus 'ut intellectus' non est liber, sed naturaliter agens; talis potentia non potest agere, postquam non egit, nisi mutetur; igitur, ut prius [3], sequitur mutatio.

---

1 si *om.* $\Gamma^{BD*}\Sigma$ | scit] sit D | me[2] *om.* $\Gamma^{D*}$ 2 cras[1] *om.* Σ 2-3 sed — decipi *om.* R* 3 possibilis] *ante* positione Σ possibili R²VΓ$^{N}$ΛΣ$^{Q}$ *add.* de R² | non] nullum $\Gamma^{BD}$ | ista] illa DSR²Γ$^{BD}$ | Deum decipi] decipi $\Gamma^{D'}$ Deus decipitur $\Gamma^{D2}$ 4 erit] esset CP' est AP²Γ$^{BD}$ | impossibilis] impossibile $\Gamma^{N}$ *add.* (*ante* Ad secundam, *p.* 402, 15 R) Ad oppositum (Ad o.] Item R Contra $\Gamma^{BD}\Sigma$ *add.* Ad Hebr. 4 ut supra dictum est. Item I). In primo omnino (o. *post* est $\Gamma^{BD}$) perfectissimo nulla est imperfectio sed si (si] sic R) Deus posset decipi (p. d.] talem notitiam non haberet $\Gamma^{BD}\Sigma$ *om.* RI) esset (est RI) imperfectus (-ctius I -ctissimus R), ergo etc. (etc. *om.* Σ) S²RIΓ$^{BD}$Σ 5 tertiam] aliam R | arguitur $\Sigma^{U}$ | non] *om.* D² *add.* quia $\Gamma^{BD}$ 6 in] ad PΛ$^{Y2O}$ *praem.* etiam Z | contradictorium] contradictionem S | potest esse transitus] est transitus nec esse potest Σ | aliqua] alia D 7 quod[1]] quia CS²ΓΣ et $\Lambda^{O}$ | si *om.* $\Sigma^{Q}$ | omnino sit] s. o. RΓ$^{N}$ | videtur] habetur $\Gamma^{D}$ | aliquo modo *om.* $\Gamma^{N}$ 8 fuit prius] pr. f. RΓ$^{N}$Λ$^{O}$Σ 8-9 non scire] nescire Σ n. stare P* 9 hoc videtur] v. h. esse Σ | nisi] *rescr.* $\Gamma^{N2}$ *om.* D 10 scitum] scitur (*pon.* scitum $\Gamma^{D2}$) $\Gamma^{BD}$ *add.* est A | quia] *ante* ut (9) R*Γ$^{BD}$ quod MS*(*ante* ut, 9)VZΛ | esse] *add.* aliud $\Gamma^{BD}$ | nisi in] a $\Gamma^{BD*}$ | in *om.* R*Σ$^{Q}$ | Dei *om.* $\Gamma^{BD*}$ 10-11 et — Dei *om.* S* 11 non potest esse] e. n. p. Σ | est *om.* P*Γ$^{D}$ 13 a[1] *om.* $\Gamma^{N*}$ | et potest esse a *om.* MZ 14 quod] quia Z | quae] qua P *add.* non P²S²Γ$^{N2}$ | possit] *add.* non Σ 15 incipiat] accipiat Λ | inesse A | scit] sciat $\Lambda^{O}$ sit CPΓ$^{B*}$ | potest incipere scire a] *praem.* ergo $\Gamma^{BD}$ *om.* P 15-16 potest[2] — a *om.* C* 15-17 potest[2] — scire a *om.* Λ 15 incipere] incipe D in opere (!) M 16 ad = AΓ$^{BD}$Σρπγβμυ | a *om.* A 17 tertio *om.* RΣ | si *om.* $\Gamma^{D*}$ | scit] sit CΓ$^{B}$ | et potest scire a *om.* $\Gamma^{N*}$ 17-18 est ista potentia] p. sit i. Σ 18 Aut[1]] *add.* enim Σ | est[1]] erit R *add.* potentia P | est[2] *om.* $\Gamma^{BD}$ | et[2] *om.* $\Gamma^{BD}$ | et sequitur mutatio *om.* Λ 19 quod] quia R *add.* est $\Gamma^{BD}$ | ut intellectus] ut est int. $\Gamma^{BD}$ *om.* Λ | sed *in corr.* Z² 20 naturalis D | talis] *praem.* sed C² *add.* autem IΣ | potest] *add.* naturaliter $\Gamma^{BD}$ | postquam] prius quam $\Gamma^{B*D*}$ | non[2] *om.* P* 21 consequitur Λ

T [1] puta ex 'possibile est me non sedere cras', ponendo 'non sedebo cras'. [2] scil. quae affirmatio est de inesse (non de possibili), videlicet in propositione « quidquid non est *a* ». [3] scil. ut dictum est in primo membro huius argumenti, de potentia passiva.

Ad quartam quaestionem arguo quod sic: [5]

Quia Deus immutabiliter scit *a*, ergo necessario (per *a* intelligatur 'Antichristum fore').

Probatio consequentiae:

Primo, quia non ponitur in Deo necessitas nisi immutabilitatis; ergo quidquid est in eo immutabiliter, est necessario.

Secundo, quia omne immutabile videtur esse necessarium formaliter, sicut omne possibile – quod repugnat 'necessario' – videtur esse mutabile; omne enim 'tale possibile' ex se non est et ab alio potest esse. Ipsum [1] autem esse post non esse (sive ordine durationis sive ordine naturae), non videtur posse esse sine aliqua mutabilitate; ergo etc.

Praeterea, quidquid potest esse in Deo, potest esse idem Deo, et per consequens Deus; sed quidquid potest esse Deus, de necessitate est Deus, quia Deus est immutabilis; ergo quidquid potest inesse Deo, de necessitate est Deus. Sed scire *a* potest inesse Deo; ergo de necessitate est Deus, et per consequens simpliciter necessario scit *a*.

Praeterea, omnis perfectio simpliciter – absoluta – de necessitate inest Deo; scire *a* est perfectio simpliciter, quia alioquin non esset Deus imperfectus si nesciret *a* formaliter, quia non est imperfectus nisi propter carentiam alicuius perfectionis simpliciter.

Ad quintam quaestionem arguo quod non: [6]

Quia sequitur 'Deus scit *a*, ergo necessario erit'.

Antecedens est necessarium. – Probatio consequentiae, quia actus rationalis

---

1 quaestionem *om.* C*P | arguitur $\Sigma^{U}$ 2 per a] *post* intelligatur $\Gamma^{B}$ *add.* vero D | intelligitur D intelligit Σ 2-3 Antichristum *om.* $\Gamma^{N*}$ 4 consequentiae *om.* V 5 Primo *om.* V | non ponitur *post* Deo I | immutabilitatis] quia immutabilis $\Gamma^{BD}$ 6 in eo] *ante* est$^1$ $\Lambda^{O}$ in Deo AC* | immutabiliter, est necessario] e. n. i. Σ *add.* ibi $\Gamma^{BD}$ 7 necessarium formaliter] f. n. R 8 omne$^1$ *om.* A | possibile] *add.* ex se AR 9 alio] ipso Λ | esse. Ipsum autem] autem ipsum $\Gamma^{N*}$ | esse$^2$ *om.* I | post] potest D primo $\Lambda^{Y*}$ 10 sive$^1$] sub V sed $\Gamma^{N*}$ *om.* R*$\Gamma^{BD*}$ | ordine... ordine] ordinem... ordinem D | ordine$^2$ *om.* A$\Gamma^{BD}$ | esse$^2$ *om.* Z$\Gamma^{N}$ 11 aliqua] alia D | mutatione $\Gamma^{BD}$ | etc. *om.* DCPMVZ 12 potest esse$^1$] est Σ | Deo$^1$ *om.* $\Lambda^{O*}$ | potest$^2$ — Deo *om.* $\Sigma^{U*}$ | esse$^2$] etiam $\Gamma^{D}$ | et *om.* V 13-14 quia — Deus *om.* R 14 ergo — Deus *bis rep.* D | quidquid] quid $\Lambda^{O}$ | inesse] *post* Deo Σ esse in CPΓΛ | Deus] *add.* quia Deus est immutabilis DSV* 14-15 Sed — Deus *om.* C*PMVZ 14 Sed = A autem *post* scire (15) $\Gamma^{BD}$ *edd.* 15 inesse] esse in DC*$\Gamma^{BD}\Lambda^{O}$ 16 scit a *om.* $\Gamma^{D*}$ | scit] *in ras.* $\Gamma^{B2}$ sit V *om.* $\Gamma^{N}$ 17 Praeterea *om.* D | simpliciter] simplex D *add.* necessario Σ | absoluta *om.* A | de *om.* C*P*MSZΣ | inest] est in $\Lambda^{O*}$ *praem.* simpliciter $\Gamma^{BD}$ 18 scire] *add.* autem $\Gamma^{BD}$ | perfectio] *praem.* aliqua $\Gamma^{BD}$Σ *add.* absoluta D | quia *om.* V$\Gamma^{BD}$Σ | non *om.* P$^2\Gamma^{B*D*}\Lambda^{O}$ | esset] est $\Gamma^{N*}$Λ esse (!) M*Z | Deus] *ante* non Σ *om.* DS | imperfectus] perfectus A$^2$DMR*VZ$\Gamma^{N2}$ 19 formaliter] fore C$^2$ | est] esset A *add.* ita P | imperfectus *in corr.* C$^2$ | carentiam *in corr.* $\Lambda^{O2}$ | alicuius *om.* $\Gamma^{N}$Λ 19-20 perfectionis] imperfectionis $\Lambda^{Y}$ 20 simpliciter] *add.* ergo necessario scit (sc.] sit $\Gamma^{B*}$) a RIΓ 22 Quia] *add.* non $\Gamma^{BD*}$ | Deus *om.* Σ | scit] sit C*$\Gamma^{B}$ | necessario erit] n. scit a P erit $\Gamma^{D*}$ *praem.* a A$\Gamma^{N}$ 23 necessarium *om.* V | consequentiae *om.* $\Gamma^{BD*}$ | rationalis] *add.* vel actus naturalis R$^2$

T [1] scil. 'possibile'.



non distrahitur propter materiam super quam transit, sicut 'loqui' non distrahitur si transeat in hoc quod est 'me nihil loqui': sequitur enim 'dico me nihil dicere, ergo aliquid dico'; ergo a simili, 'scire' non distrahitur propter materiam super quam transit. Ergo cum 'scire' Dei sit simpliciter necessarium, non distrahitur ab hac necessitate propter hoc quod transit super contingens.

Praeterea, omne scitum a Deo fore, necessario erit; *a* est scitum a Deo fore; ergo etc. – Maior est vera prout est de necessario, quia praedicatum de necessitate inest subiecto; et minor est de inesse simpliciter, quia pro aeternitate vera; ergo sequitur conclusio de necessario.

[2.3] Oppositum [1]:

Ad Hebr. 4: « Omnia nuda et aperta sunt oculis eius » [2]; et glossa ibi (quaere eam) [3]. Ergo habet determinatam notitiam et certam de omnibus quantum ad

[4] omne cognoscibile in eis; et immutabilem, patet, quia nihil in eo est mutabile (ex distinctione 8 [4]).

[5] Ad oppositum quartae quaestionis:

Si Deus necessario sciret *a*, ergo *a* esset necessario scitum, – et si necessario scitum, ergo necessario verum. Consequens falsum, ergo antecedens.

---

